

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Clericus g  
cum fonte primo

Miror cuius ordinis sint nostri clerici.  
Nam in congregacione temporalium  
se habent ut laici,  
in apparatu nobili ut milites,  
in acquisitione reddituum ut clerici;  
sed non laborant ut laici,  
neque pugnant ut milites,  
neque euangelizant ut clerici,  
et cum utriusque ordinis esse cupiunt,  
utrumque deserunt, utrumque confundunt.  
Vnusquisque in ordine suo resurget.

Isti in quo?

Cum Deus summe sapiens ueraciter creditur  
a summo usque ad deorsum  
nihil inordinatum relinquere,  
uereor non alibi ordinandos quam ubi nullus ordo,  
sed sempiternus horror inhabitat.

Bernardus libro III. de consideracione  
ad Eugenium in fine.

Nempe habitu milites,  
quaestu clericos, actu neutrum exhibit.  
Nam  
neque pugnant ut milites,  
neque ut clerici evangelizant.  
Cuius ordinis sunt? Cum utriusque esse cupiunt,  
utrumque deserunt, utrumque confundunt.  
UNUSQUISQUE, inquit, IN SUO ORDINE RESURGET  
(1 Cor. 15:23).

Isti in quo?  
An qui sine ordine peccaverunt,  
sine ordine peribunt?  
Aut si summe sapiens Deus veraciter creditur  
a summo usque deorsum  
nihil inordinatum relinquere,  
vereor non alibi ordinandos quam ubi nullus ordo,  
sed sempiternus horror inhabitat.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione libri*  
V., 3.20 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., pp.447-8, ll.26-28, 1-5).